



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 107. Tumultus in Calvinum Genevæ suscitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI
A. C. 1551.

vel amore, vel odio homines profequatur. Ceterum referunt Scriptorum nonnulli, quod Buccerus Judaicæ superstitioni adhærens mortem oppetiisset.

§. CVI.

Calvini dolor ob Bucceri, aliorumque amicorum suorum mortem.

Quamvis Calvinus in quibusdam religionis articulis a Buccero diffentiret, ægerrime tamen illius obitum ferebat, nec minus dolebat, ac mortem Joachimi Vadiani, qui Sancti Galli Consul, ac amplissimæ eruditionis Vir arcta Calvino amicitia junctus erat. Nihilominus acerbiori adhuc dolore Calvini animum torquebat suorum hostium factio, quæ exeunte hoc anno in apertas erumpebat flammæ; cum enim Calvinus a quadam urbe trans Rhodanum sita, ubi sermonem ad populum habuit, domum reverteretur, nonnulli ipsum ludibriis, ac cachinnis excipiebant, ejusque socius Raymunus in flumen præceps ruebat, eo quod noctu pons, quem transire cogebantur, ab eorum adversariis clam fuisset ablatum.

§. CVII.

Tumultus in Calvinum Genevæ suscitati.

Pa-

Pariter quædam veluti seditio contra Calvinum in templo S. Gervasii concitabatur; quidam enim Minister cuidam infanti Balthazaris nomen, quod ejusdem Patrini ei imponi petebant, attribuere, ac propterea Baptismum conferre renuebat, causatus, id ob quasdam rationes legibus esse prohibitum. Insuper præter hæc adversitates, quæ Calvinum undique obreuebant, gravem experiri cogebatur vexationem, quam in eum excitabat Hieronymus Bolsecus, qui olim Carmelita Parisiis in Ecclesia S. Bartholomæi plures errores divulgabat, depositoque cucullo trans alpes aufugiebat ad Renatam de Francia Ferrariæ Ducisfam, quæ commune erat asylum pro omnibus, qui ob novas sectas merito vexabantur.

§. CVIII.

Diffidia Calvinum inter & Hieronymum Bolsecum.

Hic idem Bolsecus Ferrariæ agens ar-
 ti medicæ operam dabat, moxque
 ducta uxore hanc urbem, qua vero ex
 ratione ignoratur, reliquit, ac Gene-
 vam contendit, ibi eandem, cujus ta-
 men haud admodum gnarus fuisse
 videtur, artem professurus; Beza
 enim refert, quod intra trium dierum
 spa-

Sæcul. XVI
 A.C. 1551.

Beza in vita
 Calvinii ad
 hunc ann. &
 in apol. alt.
 ad Claud. de
 Xaintes
 oper. tom. 2.
 p. 345.